



Disputatio medica inauguralis de ictero flavo

<https://hdl.handle.net/1874/345134>

4.

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
ICTERO FLAVO,

PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

Medicinæ Doctoris, Praxeos & Institut. Med.

Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicī Consensū, Nobilissimæque

Facultatis MEDICÆ Decrēto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

BINJAMIN HARTOGH, Amstelodam.

Ad diem 31. Martii horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ

Typographi, MDCCLCI.

VIRO Integerrimo

HARTOGH ABRAHAMS, Parenti dilectissimo, filiali amore in æternum venerando,

Nec non

SAMUELI JACOBO, mercatori æquissimo, fratri summopere colendo,
SIMONI de POOL, avunculo amantissimo, ad Sereniss. Regis Poloniæ negotia observanda, Amstelodami degenti,

LEVI SALOMONS COHEN, Hebræarum literarum peritissimo, Sacrarum inter Judæos Amstelodami dispensatori,

BINJAMIN DASERRA, Medicinæ apud Amstelodamenses Doctori, Praeceptor Venerando,

Theses has Inaugurales

D. D. D.

BINJAMIN HARTOGH. *Auctor.*



DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS.
DE
ICTERO FLAVO.
THESIS I.



Uum pro more Academico Inaugurali disputationem conscribere coactus sum, de *Ictero Flavo*, affectu in praxi medica non infrequenter occurrente, breviter agere constitui. Itaque nomen hujus affectus quod attinet, Græcis *intrepētē*, latinis *Morbus Regius*, ab auro metallo Regio, Belgice de *Geel-sucht*, nominatur.

II.

Definiri hoc modo potest: Icterus est color totius corporis vitiatus, à bilis effusione in habitum corporis ortum ducens.

III.

Diffunditur bilis per universum corpus, cum à sanguine

DISPUTATIO MEDICA

guine aut omnino non , aut non rite fuerit separata : & hoc fieri solet vel culpâ solius bilis , vel simul viarum , per quas bilis in duodenum intestinum effunditur ; vel ab ipsius hepatis obstruzione : quibus alii addunt a nimia bilis copia vesiculæ fellis distensionem , ita ut ea se se contrahere , bilemque expellere nequeat.

IV.

Oritur igitur hic totius corporis vitiatus color culpâ solius bilis , quando bilis quacunque de causa fit nimis volatilis ac spirituosa , adeoque ad rite & satis efferve- scendum inepta , unde ipsa tunc sanguini non tam per- misetur , quam confunditur , sicque Icterus saepe brevi tempore excitatur a nimio potu vini generosi , spiritus vini , ac ex assumptione alienus veneni.

V.

Viarum culpâ excitatur Icterus , quando ductus cy- sticus vel intestinalis a pituita crassa , vel bile valde glu- tinosa , vel calculis numerosis obstruitur , qui saepe magno numero in dissectis corporibus in vesicula fellis reperti sunt , ut observationes Medicorum docent : unde bilis ex hepate tunc in naturali suo descensu plane impedita vi ascendiit , & cum sanguine in venas distri- buitur , mox per totum corpus dispergitur , & ad cor- poris habitum defertur , ubi cutem flavo colore tingit.

VI.

Ab hepatis ipsius obstructione Icterus producitur , quando

INAUGURALIS.

5

quando bilis in hepate secretio impeditur, adeoque insanguine manens, cum eo ad corporis circumferentiam fertur, porisque cutaneis sese insinuans icterum excitat.

VII.

Signa diagnostica & symptomata, quæ hunc morbum comitari solent, sunt, flavus totius corporis color, qui maxime apparet in oculorum albo, facie, manubus: objecta videntur flavo colore tincta, alvus plerumque est adstricta, fœces subalblicant, urinæ crassæ & croceo colore infectæ lintea immersa simili colore imbuunt, oris amaror aliquando adest, ut & levis corporis pruritus, in dextro hypochondrio nonnunquam gravitas sentitur, appetitus prostratus est.

VIII.

Prognostica quod spectat: Icterus si fuerit diutinus, periculum cachexiæ, vel hydropsis minatur. porro malum est morbo Regio laborantibus durum fieri hepar, juxta Aphor. Hipp. 42 sect. 6. inde enim non sine ratione concludimus, pertinaces hunc morbum comitari obstruktiones.

IX.

In curatione, hepatis ductuumvè biliariorum obstruktiones aperiantur, bilisque quantitate peccans è corpore per cholagoga refrigerantia ducatur, nec non nimia bilis volatilitas emendetur. Conveniunt aperi-

A 3

entia

6 DISPUTATIO MEDICA

entia omnia , addendo talia , quæ speciatim Ictero conferre usu observatum est , ut sunt Rubia tinctorum , prassium album , Chelidonia major , hypericum , absynthium , centaurium minus . &c

X.

Præscribatur igitur tale decoctum laxans , de quo patiens bis , terve in die bibat cijathum , prout plus vel minus operetur . v. g.

- ℞. Rad. Cichorei rec. ʒiiij.
- Chelid. maj. sicc. 3vj.
- tamarindorum.
- Conf. Rosar. ana. ʒiiij.
- fol sennæ. ʒiiij.
- Rhabarbari el. ʒiij.
- sem. anisi , liquiritiæ ana. ʒij.
- Coq. in S. q. aq. comm. vel seri
- laetis acidi ad lib. iij.

XI.

Interea si sanguis redundet V. S. instituatur , & sanguis pro ratione virium detrahatur. Potest quoque Æger bis terve de die sumere hauustum sequentis decocti aperientis ,

℞. Rad. Graminis ʒj. Rubiæ tint. chelidon. major. ana ʒij herbarum fragariæ , marruby, flor. sambuci ana. m. j. sem. aquilegij , cannabis ana. ʒiiij. lumbricorum terrestrium n. xxx. Coq. in aqu. comm. ad libras iij. hujus loco præscribatur conditum.

℞. Conserv. Rosar. Rubr. melissæ ana. ʒj. spec. tri-
onsantal.

INAUGURALIS.

7

onsantal. 3i.β. chalybis cum aq. præparat. 3j. syr. Cichor. cum rhæo q. f. m. F. conditum, de quo bis terve in die æger sumat particulam magnitudinis nuncis moscatæ.

XII.

Hic quoque merito laudatur elixir proprietatis, bis terve in die cum idoneo vehiculo usurpatuſ, nec non spiritus nitri, ſalis. *Cl. Sylvius* pro curatione Ieteri commendat ſemen cannabinum in laetè dulci decoctum, vel ſolutionem ſaponis *veneti* in laetè dulci: alii commendant ſtercus anferinum verno tempore collectum & ſiccatum: ſimiliter remedium vulgare perhibetur, ut vivi aliquot pediculi ſumantur mane per quinque vel ſex dies, quo remedio nonnulli fanati dicuntur.

XIII

In vietu cibi ſint facilis digestionis & boni ſucci, conditi cum petroſelino, cerefolio, asparagis, anifo, aliisque aperientibus: potus ſit cereviſia bene defecata, ac vinum tenue: aer ſit temperatus: ſomnus brevior: exercitium corporis mediocre, nimia quies vitanda, alvus vel arte vel natura repondeat; animus ſit hilariſ.

C O-

S I V I T

COROLLARIA.

I.

II X

*In Pleurite ut plurimum quoque inflam-
matur pulmo.*

II.

In variolis & morbillis sape conductit V.S.

III.

Vomitoria in Peste non sunt exhibenda.

IV.

*Peccat sanguis menstruus in corpore mu-
liebri aque quantitate ac qualitate.*

F I N I S.